



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,
Et Charitate

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

16 De causis, ex quibus dispensationis rescriptum reddatur nullum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)

de consensu, disput. 1. quæst. 3. punct. 2. n. 2. & disput. 7. quæst. 5. p. 1. num. 5.

13. Sexta clausula est, vt coniux impedimenti ignarus certior sit factus de nullitate prioris matrimonij: & ponitur hæc notitia sub ablatiso absoluto, quod videtur conditionem necessariam importare, ex l. à restatore, ff. de condit. & demonst. Ceterum mihi placet sententia Sanchez illa disp. 34. n. 61. illam notitiam non apponi pro conditione ad dispensationem, sed in instructionem Confessarij, qui cum viderit id fieri, posse, quin iudicis delictam detegat etiam sub graui suspitione, id factum? secus verò si abique graui suspitione delicti, certiorari non potest coniux de nullitate prioris consensus. Item sæpe hæc notitia fieri non potest, quin graues inimicitie inter coniuges oriantur, maxime si impedimentum fuit ex parte scemina. Ergo in illo casu non est credendum velle Pontificem certiorum facere coniugem de nullitate prioris matrimonij, quia esset certiorari vitium delicti scemina. Adde illam clausulam non tam expostulati à Pontifice pro valore dispensationis, quam pro matrimonij restituitione, quia, existimauit iudicari non posse matrimonium, nisi certiorato coniuge de nullitate prioris consensus: at vigenat causa est probabile satis iudicari posse, quin habeatur talis notitia. Ergo ad summum intelligitur esse tacendum, quando pro restituitione matrimonij expostulatur.

14. Potestas legitimandi prolem concessa in his dispensationibus solum etiam pro foro conscientie, vnde pro foro ipso foro potest, & vtique parenti succedere, & ad ordines accedere, non tamen in foro externo. Quare si beneficium ei collatum sit, & impedimentum manifestatur, impetrari ei potest vt omnino vacans, & collatum illegitimo, quia solum pro foro interno profert dispensatio. Quando verò ex parte vnus est bona fides, proles in vtroque foro legitima est: neque tunc opponitur clausula decernens legitimum esse prolem, nisi vt scrupuli tollantur. Vltimo aduertet hæc dispensationes gratis semper exhiberi, neque per modum recompensationis aliquid expostulari, vt constat ex verbis illic appositis, & ex communi stylo.

§. II.

Explicatur clausula apponi solita in dispensationibus pro foro externo.

- 1 De qualitate delegati.
- 2 Quæ causa, & quibus modis dispensatio concedenda sit.
- 3 Possitne delegari hæc dispensationes? Proponitur dubitandi ratio.
- 4 Reversatur examinationem testium, veritatis indagacionem delegari posse, nec absolutioem, neque dispensationem, neque proli legitimationem.

Hæc clausula opponatur à Sanchez lib. 8. disp. 35. à n. 1. 2. & 3.

Prima continet personam cui dispensationes committuntur expedienda, qui est officialis, diocetanus. Nominè officialis qui veniat intelligendus, late dixi in tract. de privileg. ibi enim probauit debere esse vicarium Episcopi, vel illum, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habet quales sunt aliqui Abbates, vel priores, sic Basil. lib. 8. cap. 2. n. 1. Riccius in praxi de dispens. vbi testatur sic declarasse summum Pontificem: si autem contrahentes diuersæ sint diocesis, sufficit, si ordinario vnus literæ presententur. Basil. supra Sanchez disp. 35. n. 5. quæ absolutè est illorum ordinarius vnus directè, & alterius indirectè.

2 Secunda continet causas, ob quas expedienda est dispensatio quando ex causa conceditur, quæ causas explicamus, cum specialiter de dispensationibus concessis pro matrimonio contrahendo differimus.

Tertia continet modum, quo hæc causæ debent verificari. Non enim est necessarium officiali cui talis expeditio conceditur, Notario, & testibus iuratis veritatem inuestigare, sed quomodocumque de veritate egularum, quæ ad dispensationem concedendam sunt allegatæ, certus fiat sufficiens est ita. Paul. volum. 4. consil. 75. num. 5. Basil. lib. 8. cap. fin. n. 25. & lib. 5. cap. 3. n. 3. vbi quando aliquid relinquatur iudicio alcius, idem est ac relinqui conscientie, nec iudicalem indagacionem requirit vt constat ex multis iuribus, quæ colligit glossa in cap. fin. de veto, & cap. nisi cum pridem de renunciat. ad finem ibi, ubi redimus relinquendum & præcipue cap. statuum, de respiciis in 6. §. assessor. ibi, quod conscientia relinquatur eiusdem vbi glossa, cum enim hoc conscientie relinquatur ipsius, Ergo solus Deus, hic, & nullus alius est iudex, vel cognitor, quam glossam pluribus exornat Philippus Francus, lib. 6. Quod si in dispensatione affirmet Pontifex dispensare ob aliquas causas, quæ contrahentium animum mouent, vt cupentur se inuicem copulari, cum tunc nullus causæ in particulari mentio fiat, tenetur pontifex gratis dispensare, pecunia à

contrahentibus in subsidium data. Neque tunc tenetur commissarius, cui expeditio dispensationis delegatur inuestigare causam aliquam, vt rectè docet Sanchez disput. 35. num. 24. Neque obicit mandari officiali in his dispensationibus, vt inuestiget, an preces veritatis nitantur: id enim solum ad impedimentum refertur, hoc est inuestiget, an verè sint impedimenta, vt possit dispensare, vel solum ex communi stylo curiæ opponitur.

Quarta clausula est quæ etiam habetur in dispensationibus pro foro conscientie, vt fiat gratis, nec aliquid etiam sponte oblatum accipiatur, quod quæ ratione vetum sit late dicemus de simonia.

3 Sed inquires, an hi, quibus hæc dispensationes committuntur, possint eas subdelegare, vel saltem informationem causæ, aut aliquid simile.

Ratio difficultatis est, quia videtur in his dispensationibus electa industria personæ. Dicitur enim, discretioni tuæ, de qua in his speciale in Domino fiduciam obtinemus. Item conscientia oneratur dispensantis, tam in examinatione veritatis, quam in dispensatione faciendâ: at quoties conscientia alicuius grauat, videtur subdelegatio prohibita, & personæ industria specialiter electa, vt tenet Lafon. in l. à iudice, cap. de iudic. num. 11. limitat. 5. Bald. in cap. si pro debilitate, de officio deleg. num. 6. Imola in cap. fin. §. eodem tit. Leo in thesauro fori Ecclesiæ, cap. 15. num. 49. Et casu quo nominata personæ dispensatio expedienda committeretur, affirmat Grassis decis. 9. casuum conscient. lib. 1. cap. 13. num. 19. Sanchez lib. 8. disp. 27. sine num. 43.

4 Nihilominus dicendum est, etiam si personæ nominatæ commisso fiat posse veritatis indagacionem, examinationemque testium delegari; non tamen dispensationem, neque legitimationem proli, nec absolutioem, impositionemque penitentis seu commutationem in pia opera. Priorem partem, scilicet examinationem testium, indagacionemque veritatis delegari posse, tenet Abbas in cap. vlt. §. 1. de officio delegati, nu. 7. & in cap. cum in veteri, in princ. de electione. Nauarr. consil. 6. de officio deleg. num. vnico in 2. edit. Marc. Anton. Genuesi, cap. 83. num. 5. Nicolaus Garcia plures alios referens 6. p. de benefico, cap. 1. à num. 100. Thom. Sanchez lib. 8. de dispensat. disput. 27. num. 43. Menoch. tom. 1. consil. 17. num. 12. Ratio est, quia examen testium, indagatioque veritatis actus est iurisdictionis, ac proinde delegari potest. Secundam autem partem, scilicet dispensationem, legitimationem proli impositionemque penitentis delegari non posse, tenent ferè omnes doctores supra relati, præcipue Thom. Sanchez, & Menoch. quia est nudum ministerium, quod subdelegari non potest, ex doctrina recepta, in cap. fin. de officio delegati, quam pluribus exornat Felin. ibi, §. vlt. ad fin. vers. 4. Grassis decis. 157. in addition ad eam, num. 6. & 7. Genuesi cap. 83. num. 6. Et de legitimatione proli est alia specialis ratio, quare subdelegari non possit, quia est ex Principi referuatis in signum suæ supremæ iurisdictionis. §. si verò is qui solimodo in auct. quibus modis natus, esse. sui. Bald. in l. 1. col. 1. C. de iure auroorum annul. Felin. in cap. vltim. n. 4. vers. fallit. in referuatis, de officio delegati, & Purpurat. in l. v. num. 373. & 374. de officio eius. Menoch. dicto consil. 17. num. 9. at vbi referuata Principi delegantur, subdelegari non possunt. vt tradit ibi Menoch. cum Baldo in rubr. de officio deleg. & cap. vlt. eodem titul. & ibi Felin. n. 4. lat. in l. à iudice, column. vltim. vers. 13. limitat. Cod. de iudic. Decio, Alexand. Pupurato. & aliis. Ergo.

PUNCTVM XVI.

De causis ex quibus dispensationis rescriptum reddatur nullum

TRIPliciter dispensationis rescriptum reddi potest nullum. Primò, si deficiat causa requisita ad dispensationem. Secundo, si deficiat potestas in dispensante. Tertiò, si deficiat consensus. De primis duobus modis satis superque in hac disputatione dictum est. De tertio restat nunc dicendum. Consensus namque deficere potest, Primò, si dispensans cogatur per metum cadentem in virum constantem concedere dispensationem, Secundo, si per ignorantiam, vel errorem inducatur ad illam concedendam.

§. I.

Quid de consensu per metum.

- 1 Probabiliter censo si causa legitima intercedit non esse irritam dispensationem.
- 2 Secus si adeat causa, nisi in propria lege, dispensatio concedatur.
- 3 Debet tamen dispensans absolutam voluntatem habere dispensandi.

x Es

ET quidem de consensu coacto omnes illi doctores, qui affirmant metum iure naturæ annullare quemlibet contractum, consequenter affirmabunt annullare dispensationem. At quia loquens de metu probabilis consensu ex hoc capite non esse iure naturæ irritum contractum, censet neque dispensationem sic exortam esse irritam, si causa dispensandi aliis intercedat, quia metus non tollit voluntarium, etiam si illud diminuat. Quapropter si demus dispensationem habere absolutam voluntatem dispensandi, non obstante iniuria per metum sibi facta, dispensatio obtinebit. Iure autem positivo non invenitur talis dispensatio irritata, & annullata: solum enim de abolitione ab excommunicatione invenitur cautum esse nullius effectus *cap. vnic. de his que vi. in 6. quod non licet extendere ad dispensationem, quæ est omnino diuersa, quæ doctrina tam in dispensatione legis positivæ, quam naturalis, scilicet voti procedit, & ita tenet Suarez lib. 6. de legib. c. 2. n. 21. & lic. 6. de voto, cap. 27. n. 27.*

2 Dixi. Si causa legitima dispensandi in lege intercedat, quod noianter appositum ob dispensationem concessam in voto, iuramento, & qualibet lege superioris; in quibus si dispensans cogereetur concedere dispensationem, legitima causa dispensandi non proposita, nulla esset dispensatio non tam ex metu, quam ex defectu causæ, quod optimè aduertit Suarez lib. 6. de voto, cap. 27. n. 18. At si cogitur dispensare legitima causa intercedente, iustus videtur esse metus incensus: neque conquiri potest Prelatus de talis incensione, præcipue si causa, sit, ex qua debebat ipse dispensationem concedere. Quod si metus legislatoris esset iniuste incensus, ut ipse in propriis legibus dispensationem concederet, & de facto concedat, nulla illi allegata causa, dispensatio tenet, quia illam dare potest absque causa, præcipue cum ex parte ipsius sufficiens causa sit honestandi dispensationem, metus incensus.

3 Dixi similiter si dispensans habet absolutam voluntatem dispensandi, valere dispensationem quia sufficiens fundamentum est, ut præsumatur, non animo sed verbo tenus dispensationem concedere. At quia etiam est præsumptio neminem alio sensu verba proferre, quam in animo habet, ex e. humana aures, 22. quæst. 5. ibi humana aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant. Quare nisi manifestè constet de contraria voluntate, pro verbis iudicari debet ut tradit glossa in supradicto cap.

§. II.

Quid de consensu per ignorantiam, vel errorem.

- 1 Ignorantia, vel error tollens voluntarium, annullat gratiam & quamlibet dispensationem.
- 2 Rescriptum gratia per subreptionem obtentum ipso iure est nullum, Rescriptum iustitia venit annullandum.
- 3 Debet in rescripto attendi, quod sit primò concessum, ut intelligatur, quando est rescriptum gratia, quando iustitia.
- 4 Taciturnitatis, veritatis, vel expressio falsitatis, reddi supradicto modo rescriptum nullum, tamen si in culpa non sis.
- 5 Si deceptio committitur circa substantia, vel circa personam, cui committitur, rescriptum annullatur. Explicatur exemplis, de substantiis in materia rescripti.
- 6 Explicatur de errore commisso circa personam.
- 7 Quid si ex errore concedens dispensationem intelligit esse alium ab eo cui re vera concedit. Affirmat Sanchez valere dispensationem.
- 8 Probabilis est oppositum.

Præsupponenda sunt in aliqua cetera, ut gradum ad difficultiora faciamus.

Primò certum est si detur ignorantia, vel error, qui voluntarium tollat, dispensationem, & quamlibet aliam gratiam & rescriptum esse nullum; quia hæc concessionis sine voluntate concedentis habere non possunt effectum. Dupliciter autem error, vel ignorantia contingere potest. Primò si causam ex qua impeditur dispensatio, taceas. Secundo, si falso exprimas causam, ex qua conceditur; quocumque enim ex his modis error, vel ignorantia contingat, dispensatio, gratia, & quodlibet aliud rescriptum irritum est, habetur *cap. ex parte, cap. sedes, c. si proponente, cap. constitutus, cap. postulasti, de rescript. cap. quia circa, de consanguinitate, & affinitate, inter dilectos, vers. ult. de fide instrum. cap. vit. de filiis presbyter. in 6. & l. quod si nolimus, ff. de scilicet, edict. Ratio est quia non intendit Pontifex tali errore, vel ignorantia stante rescriptum concedere in quolibet enim rescripto subintelligitur hæc conditio, si preces veritatis nitantur, quæ cum a veritate alienæ sint, vel per suppressionem veri, vel per expressionem falsi, conditio requisita ad rescripti valorem non subsistit, & consequenter neque rescriptum. Quod addo veram esse, ut etiam in rescripto non diceretur expresse, si preces, veritatis nitantur si de facto non nitantur veritati rescriptum nullum est, ut est decisio expressa in *cap. ex parte, de rescript. ibi in huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio, etiam si non appo-**

natur, si preces veritatis nitantur, quia est conditio, quæ de iure inest ut bene explicat glossa ibi. Neque obstat textus in l. fin. C. de diuersis rescript. ex qua videbatur ad irrationem rescripti necessarium esse hanc exprimi conditionem: inquit enim lex, sub ea conditione precesserit præcipimus, si preces veritatis nitantur. Ego quando non sub ea conditione profertur rescriptum, valorem obtinebit. Non inquam, obstat: tum quia ibi non præcipitur rescriptum profertur sub ea conditione expressa quæ id necessarium sit ad irrationem rescripti, sed quia est conueniens sic profertur, ut nemini detur locus dubitandi. Tum, quia verbum illud, profertur, non videtur sumendum in rigorosa significatione, ita ut intelligatur præcipi ab illa lege, in quolibet rescripto hanc exprimi conditionem; non enim videtur hic sensus esse, cum videamus plura rescripta hanc expressam conditionem non continere, sed sensus est sub ea conditione prolatum censeri præcipimus; quia cum sit conditio, quæ de iure inest, parum interest si exprimat, cum non expressa, subintelligenda sit.

2 Secundo est certum diuerso modo rescriptum gratia per subreptionem obtentum esse irritum, ac rescriptum iustitiæ, Rescriptum gratia voto illud, quod continet dispensationem, vel facultatem dispensandi præteritatem, collationem beneficii, aut aliam quamcumque gratiam. Rescriptum iustitiæ est quod dat iurisdictionem ad lites, ut multis probat Menochius lib. 2. centur. 3. casu 201. num. 1. Rescriptum ergo gratia est nullum ipso iure, si per subreptionem, hoc est, per taciturnitatem veri, vel expressionem falsi obtentum sit, *cap. fin. de filiis presbyterorum, in 6. ibi veluti per subreptionem obtentum, nullius penitus est momenti, & cap. postulasti, de rescript. ibi, commotum reportare non debet huiusmodi litteris, ut pote veritate tacta imperatis. Et idem dicitur in cap. constitutus, eodem tit. & licet huiusmodi iura in materia beneficii loquantur, quæ grauius, & rigorosius solet a iure prohiberi ob præteritatem ambitionem, iuxta *cap. quammis de prebend. in 6. At fete omnes Doctores illorum textuum, decisionem extendunt ad quamlibet gratiam, & dispensationem, quia militat ead. m. ratio, scilicet defectus voluntatis in concedente, quæ non est censenda adesse, quando exprimitur, quod tacendum erat, & taceatur, quod etiam exprimendum, sic pluribus exornat, & comprobat Felin. in *cap. audientiam, 1. de rescript. num. 22. vers. amplius secundo. Tiraquel. multos referens tract. cessante causa, limit. 1. n. 12. & segg. & pluribus exornans Nicol. Garcia part. de benef. cap. 3. à princ. Gutier. qq. canon. lib. 1. cap. 1. num. 22. Suarez lib. 6. de voto, cap. 27. n. 3. Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 10. At rescriptum iustitiæ sic per subreptionem obtentum, non est ipso iure nullum, sed venit annullatum ope exceptionis, quare quouique per exceptionem elidatur validum est habetur *cap. si autem, & c. plenamque, de rescript. ubi secundum rescriptum imperatum per subreptionem id est per taciturnitatem primi rescripti non est nullum, sed venit cassandum, quia si esset nullum ipso iure, & conualesceret data negligentiæ primi imperatoris, quam in conjunctione testatur Felin. in prædicto cap. ad audientiam, n. 17 in princ. approbati ab omnibus: & ita tenent omnes supradicti Doctores. Ratio autem, quare rescriptum iustitiæ non annullatur a iure ipso facto, sed ope exceptionis, rescriptum vero gratiosum reddatur irritum; ea mihi videtur præcipua, quam tradit Felin. in prædicto cap. ad audientiam, in fin. cum Cardinali & Imola, videlicet, quia litteræ ad beneficia tribuunt, ius, sed litteræ ad lites tribuunt iudicem, non ius; & sic primæ sunt maioris præiudicii, ideo facilius inficiuntur.****

3 Plures limitationes, & ampliaciones alibi tenentur huic doctrinæ, quas potes videre specialiter in Felino, qui in supradicto loco optimè hanc materiam expendit. Illa tamen est præcipua, spectandum esse in rescripto, quid sit primò concessum, quando in litteris rescriptum gratia, & iustitiæ continetur. Nam si primò concessum sit rescriptum gratiosum, & pro illius executione detur rescriptum iustitiæ. Si primum vitiatum est subreptione, secundum rescriptum est ipso iure nullum, ex *cap. si super gratia, de off. deleg. in 6. & cap. constitutus, de rescript. & aliis, quæ allegat Felin. in *cap. ad audientiam, 2. de rescript. num. 18. Contra vero si primum rescriptum datum sit ad lites, & consequenter, rescriptum gratia sit factum, cui scilicet concedatur aliquod beneficium, v. g. reuocetur alicui iurisdictioni, valet hoc secum litem rescriptum, sicut & primum, quouique ope exceptionis elidatur, ut tradit Felin. cum aliis supra, num. 21. Ratio desumitur ex *reg. iur. accessorium, de reg. iur. in 6. accessorium enim sequitur naturam principalis: & ita alios referens tenet Felin. in d. cap. ad audientiam, n. 17. & 19. & ibi Abbas num. 14. Nauarr. cap. si quando, præstud. 1. num. 1. de rescript. Sanchez lib. 8. disp. 21. num. 6. Aduertunt tamen plures Doctores supradicta intelligenda esse de rescriptis impetratis à Pontifice, vel eius Legato; secus de gratis & rescriptis impetratis ab ordinario, existimant enim nullam gratiam, nullamve dispensationem ab ordinario impetratam vitari ex subreptione: sic loquens de benef. docuit Gonzalez, reg. 8. cæcell. gloss. 4. num. 173. Menoch. de arbit. casu 201. à num. 15. & generaliter loquens de omnibus gratis videtur docere Eman. Sa***

Sax vero gratia, n. 21. & expressè alios referens Nicol. Garcia 8. part. de benef. cap. 3. n. 6. & alij apud ipsos. Sed, vt bene notat Thom. Sanchez, lib. 8. de mar. disp. 21. n. 4. & lib. 4. in Decal. c. 47. n. num. 10. hæc limitatio sic vniuersaliter accepta, vera non est. Negari enim non potest libereptiam, & nullam esse dispensationem ab ordinario obtentam, circa verum affirmatum ordinem factum falsò allegata causa incontinentiæ. Quare illam doctrinam veram esse iudico solum in materia beneficio- rum, in quibus deceptio circa valorem beneficii non vitiat gra- tiam ab ordinario concessam, quia non cauetur à iure hanc qualiteratem esse ordinario exprimentam, quia ipse supponitur perfectam omnium notitiam habiturus, ex Clem. 2. de offic. ordi- nis. Idem putare dicendum de falsitate circa ea, quæ ordinarius teneretur omnino scire; oppugnat enim non potest talis dis- pensatio vitio subreptionis qua ratione impetrans ab ordina- rio abolutione ab excommunicatione falsò allegans parti factis esse, tenet abolutione, quia ordinarius renebat hæc rectè investigare, & tradit Nauari, c. 27. n. 38. Couarr. c. alma. 1. p. §. 11. n. 14. multis relictis Nicol. Garcia 8. p. de benef. c. 3. n. 10. At in reliquis, & præcipue in dispensationibus legum superioris re- tinentia est doctrina posita, vt intelligatur tam de Pontifice, quam de ordinario.

4 Tertio certum esse debet quomodoque taceatur veritas necessario exprimentam, vel exprimatam falsitas necessa- rio taceanda, rescriptum subreptum erit, & nullum nullitate sôplicitate. Ratio quia deficit voluntas concedentis, & vi- detur decium in c. si super litteris §. si vero, de rescriptis, & tradit gloss. si non proprio, de prob. in 6. verb. taceatur, Mascard. de prob. c. 8. 4. n. 4. Menoch. de arbit. lib. 2. c. 1. §. 201. n. 22. & alij, quos refert, & sequitur Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 14. 42. & 56. Salas disp. 20. sect. 15. num. 116. Guitier. lib. 2. c. 1. §. 99. cap. 15. n. 13. 14. quæ si, si abique tua culpa, tuus procurator vt fa- cilis dispensationem impetraret, mutavit narrationis substan- tiam, vel taceo verum, vel exprimentum falsum nulla erit im- petratio rescripti, habetur c. si motu proprio, de prob. in 6. verb. scio si ad petitionem illius, vel alterius pro re oblatum, & sic alios referens docet Sanchez lib. 8. de dispens. disp. 21. n. 56. 57. & 58. & ratio est eadem, quia deficit voluntas.

5 Quarto certum esse debet, si deceptio commissa sit circa substantialem materiam rescripti vel circa personam, cui committitur rescriptum, vitari omnino. Exemplis declaro de erro- re commisso circa materiam substantialem. Petis dispensatio- nem pro voto castitatis, cum tamen sit votum religionis. Petis dispensationem pro voto non fornicandi, non nubendi, cum tamen sit votum castitatis. Licet enim in voto castitatis, inclu- datur votum non fornicandi, non nubendi, non pollicendi, in- cluduntur sub absoluta voluntate castitatis & quare si absoluta voluntas castitatis non declarat, non declarat materia dis- pensanda. Item si pro voto affirmandi ordines, petas dispen- sationem non nubendi, sunt enim hæc omnino diuersa. sic Suar. lib. 4. de voto, c. 27. n. 6. Sanchez lib. 4. cap. 47. num. 218. Ad idem est si petas dispensationem voti religionis, cum tamen sit etiam profectum in religione, quia secundum probabiliorem sententiam votum profecti aliquid superaddit primo, sic Nauari. c. 12. n. 47. Suarez supra Sanchez lib. 4. c. 47. n. 35. E contra vero si habens votum religionis peteres dispensationem de voto profecti: credo dispensationem valere, quia in voto profecti clauditur expresse votum religionis, et in super aliquid addatur, ac proinde non est commissus error in voti substantia. Suar. supra n. 8. Sanchez n. 29. Item si peteres dispensationem voti dubij, cum tamen sis certus, varias substantialem materiam dispensa- tionis, quia votum dubium forte non obligat, sicut nec remissio debiti dubij prodest debitori certo. Sanchez disp. 21. n. 40. & lib. 4. Decal. c. 47. n. 34. Suar. lib. 6. de voto, c. 27. n. 6. Idem quod dicimus de dispensatione voti, dici poterat de rescripto ad beneficia, vel pro illorum executione: si enim petis beneficium curatum, cum tamen sit simplex, nulla est concessio, nisi forte esse curatum, vel simplex, gratia demonstrationis esset appositum, quod tamen non est præsumendum, si eadem oratione concessio fiat, vt re- cte docet Felio, c. super litteris, de rescriptis, n. 4. Idem in impedi- mentis ad matrimonium, ad ordines, ad beneficia; si enim habes vnum impedimentum, dispensationem in alio petas, est grauitus, corruet dispensatio, quia erratur in materia sub- stantiali dispensationis. Ad idem est, si princeps declarasset vol- untatem suam repugnantem dispensationi in aliquo casu, & in sub verbis generalibus peteres illius dispensationem. Vt si dices præta facultatem dispensandi in aliquo casu, non cen- sereur ille casus concessus, quia sub generali concessione non veniunt ea, quæ quis in specie non esset verò similiter concessurus, reg. in generalis, de reg. iur. in 6. sicut in generali concessione aboluendi à reseruat, non comprehenditur hæresis, sic Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 24. & lib. 4. in Decal. cap. 47. num. 26. Salas disp. 20. de legib. sect. 15. n. 122. verb. sextum dubium, vbi bene aduertunt, si hæc voluntas repugnans non præcesserit, sed solum quædam naturalis repugnancia, quia minus sima quæque obstat, ob quam conditionem præsumi potest non con- cessuram facultatem, si casus in specie declararetur, validam esse concessioneem illam absolutam, quia absoluit concedit.

Verd. de Castro Sum. Pars 1. Mor.

6 Si autem error commissus sit circa personam, cui com- mittitur rescriptum expediendum, cenleo omnino vitare, vt g. affirmasti te esse diocesis Salmantine, cum tamen sis Valliso- letanz, & rescriptum commissum est Officiali Salmantino, pu- tans Pontifex te esse ex illa diocesi, rescriptum nullum est, quia nec expedire illud potest Officialis Salmantinus, eo quod ex errore sibi concessum sit, aliis non concedendum: nunquam enim Pontifex alteri ab ordinario dispensandi, nisi ex certa scien- tia rescriptum delegat, iuxta Trident. sess. 22. cap. 5. de reformat. Neque etiam expedire illud potest Officialis Vallisletanus, si- quidem illi commissum non est. Ergo sic Sanchez, lib. 8. disp. 21. nu- mero 39. quamuis contra teneat Basil. lib. 8. c. 17. n. 43. sine. Quod si error commissus sit circa personam, pro qua est rescriptum concessum, distinguendum est, aut error facit, vt dispensans intelli- gat alium esse, cui concedit dispensationem ab eo, cui te vera con- cedit, aut non facit. si non facit, erit error per accidens, & non vi- tiabit rescriptum. Quia ratione dicunt communiter Doctores: si eretur in nomine, vt si pro Francisco ponatur Petrus in rescri- pro, non vitari rescriptum; quia nominari Franciscum, vel Pe- trum dispensatum non variat conceptum dispensantis, neque al- teri ab eo, qui sibi offertur, intendit dispensationem concedere est expressa decisio Instit. de legat. §. si quis in nomine, & leg. si quis in fundi, 4. ff. de legat. 1. & plures allegans docet Sanchez lib. 8. d. sp. 21. n. 37.

7 Quod si error faciat, vt dispensans intelligat alium esse, cui concedit dispensationem ab eo, cui te vera expolitatur con- cedi; vt si propositus esset Ioannes dispensandus notus, & familiaris dispensanti, cum tamen esset Petrus omnino incogni- tus. Thomas Sanchez num. 38. affirmat, validam esse dispen- sationem, neque huic errorem obstat, si constaret eodem modo concedendam dispensationem Petro incognito, si expressus esset, ac conceditur Ioanni eius noto, & familiari. Mouetur, quia in his Princeps non debet spectare, quis est sibi propo- situs; sed quis est qui verè dispensationem petit, & illa indiget, sicuti administrator sacramentorum, excepto matrimonio, non spectat, quisnam sit, cui est administranda sacramentum, an notus, vel ignotus sibi sit, sed suam mentem dirigit ad eum, qui sibi est præiens.

8 Ceterum credo probabilis hunc errorem vitare omni- no rescriptum. Quia dispensans tantum concedit dispensatio- nem ei, qui sibi est propositus: nullo autem modo est sibi pro- positus is, qui indiget dispensatione, sed alius. Nam licet procurator intenderit proponere indigentem dispensatione, de facto alium proposuit; siquidem alium esse cognouit ex rela- tione dispensans. Ergo dispensans non indigentem dispensatione, sed tibi propositum dispensationem concessit. Ergo est nulla con- cessio. Et confirmo ex §. si quis in nomine, Instit. de legatis, vbi error nominis, aut pronominis legatarij non obstat legato, no- tantur apponitur, quando aliàs de persona constat, quia tunc est error accidentalis: at in præsentis casu non constat de persona, cui petitur dispensatio, & relatio facit, vt profus intelligatur distincta. Ergo, secundo confirmo ex cap. significante, de reser. vbi rescriptum datum contra Vicarium Remensis diocesis, cum ta- men fuerit Leodiensis, irritum deuenit, quia non constabat aliunde de persona, contra quam erat rescriptum impetratum, sed in casu nostro, de persona, cui petitur dispensatio, non constat, imò potius intelligitur dari omnino distincta. Ergo. Et ita tenet gl. in supra d. c. & in c. Rodulphus, eod. tit. Neque obstat exem- plum sacramentorum, quia ibi determinatur persona, cui admini- stratur sacramentum per præsentiam: in præsentis nec determi- natur per petitionem, cum potius eretur in illa, neque per ne- cessitatem, cum sint multæ, quæ eandem necessitatem habeant, quibus omnibus dispensatio non prodest. Ergo ex nullo capite determinatur. Aliàs, vt bene dicit gloss. in d. c. significante, verbo, non de Remensi, vna clausula, quæ certa, & determinata videretur, posset trahi ad plures personas, quod esse non debet, tum quia generalitas in huiusmodi litteris reprobat, tum quia rescripta, & præcipue ad lites, stricti iuris sunt, & potius restringendæ sunt, quam laxandæ.

§. III.

Quid de suppressione veritatis, vel falsitatis ex- pressionem, circa causam finalem.

- 1 Quæ sit causa finalis.
- 2 Quando vitium in hac causa vitiet rescriptum? Proponitur triplex sententia.
- 3 Præfertur tertia sententia affirmans ex sola taciturnitate veritatis, quæ iure debet exprimi, & ex sola expres- sione falsitatis, quæ iure taceri debet, reddi rescriptum subreptum.
- 4 Expressio causæ, & taciturnitas veri debet esse circa causas finales.
- 5 Nomine iuris intelligitur non solum ius scriptum, sed etiam stylus Principis concedentis.

Non est facile distinguere inter causam motuam, & finalem. Illa mihi videtur germanior explicatio, quæ affirmat, finalem causam esse, quæ concernit intrinsecè materiam ipsius rescripti, & sine qua rescriptum non concederetur. Motuam, quæ extrinsecè se habet, & per accidens, & qua posita, vel sublata rescriptum eodem modo concederetur, & si non ea facilitate. sic Tiraquell. *tractat. cessante causa, limitat. 1. num. 11.* Couart. *lib. 1. variarum, cap. 20. num. 5.* Vnum tamen debet esse omnino certum, si in rescripto solum apponatur vicia causa, illa finalis, & non motiua censenda est, ac prouide si falsa sit, vitabit rescriptum, quia semper censetur Princeps priuilegium velle concedere causa allegata etiam si motu proprio, & ex certa scientia dicat concedere, ita Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 8.* Sanchez *lib. 8. disp. 2. 1. num. 41.* Gutierrez. *lib. 2. canon. 99. c. 15. n. 103. & 104.*

2. Difficultas ergo est, quando suppressio veritatis, vel falsitatis expressio circa causam rescripti, vitiat rescriptum? Variæ sunt sententiæ. Prima docet eam suppressionem veritatis reddere subreptitium rescriptum, quæ si exprimeretur, vel non concederetur rescriptum, vel si concederetur non ea facilitate, sed grauiori difficultate, & e contra, eam falsitatis expressionem vitare, qua sublata non concederetur rescriptum, aut non cum ea facilitate. Secunda sententiæ inquit, esse rescriptum subreptitium, si suppressio veritatis, qua cognita minime Princeps rescriptum concederet, vel exprimeretur falsitas, qua sublata non concederetur, aut non concederetur eo modo. Tertia sententiæ dicit non ex quavis suppressione veritatis, neque ex quavis expressione falsitatis reddi rescriptum subreptitium, sed cum taceatur veritas, quæ iure debebat exprimi, vel exprimitur falsitas, quæ iure debebat taceri. Doctores, & rationes harum sententiarum adducit eleganter Sanchez *lib. 8. disp. 2. 1. n. 10.*

3. Hæc tertia sententiæ, vt probabilior sustinenda est, quamque probat Sanchez a numero 13. Salas *disput. 20. sect. 15. num. 115.* Basilius de Leon. *lib. 8. de matrim. c. 17. n. 2.* Suarez. *lib. 6. de voto, cap. 27. a num. 6.* Ratio est quia plura sunt, quæ si expressa essent, retardarent Principem à concessione, imò omnino eum ab illa remouerent, vt si dispensatus sit vitiosus, sit eius inimicus. Alia sunt, quæ falsò expressa impellant Principem concedere, alias fortè non concessurus, vt quod sit vir doctus, pius, & prudens; quorum tamen expressio, vel suppressio, quia non cauetur à iure, non annullat rescriptum, vt ex communi sententiâ docent supradicti Doctores. Quocirca pro regula statuum est, illorum taciturnitatem impedire concessionem, quæ à iure mandatur exprimi, & illorum expressionem falsam vitare concessionem, quibus secundum ius mouetur Princeps in rescripto concedendo, ita vt iure cautum sit, quod eis expressis gratiam Princeps non concessisset, sic vltia Doctores nuper relatos docet innumeris referens Nicol. Garcia 8. *part. de benef. cap. 3. numero 20.* Ratio prioris partis est, quia cum ius aliquam conditionem exprimendam expostulat, intelligitur illam expostulare pro forma: quod non leuiter colligitur ex *cap. si motu proprio de prob. in 6. vbi taciturnitas modici beneficii vitat gratiam*, qui à iure cauetur exprimi, cum tamen expressum gratiam non impedit; sed deficiente forma, deficit actus. Ergo. Ratio vero secundæ partis est, quia si falsò allegatur causa, quæ mouet Principem ad rescriptum concedendum: iam rescriptum conceditur præter voluntatem concedentis. Ergo non potest habere effectum. Item omne rescriptum habet subintellectam conditionem, si preces veritatis nitantur. *c. 2. de rescriptis.*

4. Aduerto tamen expressionem falsi, sicut & taciturnitatem veri debere esse circa causas finales, non impulsivas tantum, hoc est, circa causas pertinentes directè ad concessionis materiam, non ad ipsam concedentem, vel quæ concessioni sunt extrinsecæ. Quia ratione elemosyna data pauperi iniquo, vel fingenti se deuotum, valida est, quæ tamen non daretur, si eius vitia cognoscerentur, quia non committitur falsitas in causa, quæ ad ipsam donationem à iure requisita sit. sic Henricus *lib. 2. de matrim. c. 3. num. 7.* Couart. *lib. 1. var. c. 200. n. 5. vers. falsi an.* Suarez *lib. 8. disp. 2. 1. num. 18. & 32.* Mandol. *reg. 32. Cancell. q. 9. n. 10.* Gutierrez. *canon. 99. lib. 2. c. 15. n. 19.* vbi plures referunt.

5. Aduerto secundò, nōmpe iuris intelligi non solum ius scriptum, sed etiam stylum Principis concedentis, & consuetudinem. Et de stylo constat, quia stylus iuris iuris facit, *cap. quàm grani, de crimin. falsi.* Et eodem modo, ac ius obseruandum est. sic Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 201. num. 28.* Mascard. *de probat. conclus. 846. num. 8.* Sanchez alios referens *illa disput. 2. 1. num. 16.* Garcia 8. *part. de benef. cap. 3. num. 21.* Neque obstat extra curiam Romanam illius stylum non obligare: nam hoc est verum quoad solemnitates accidentales iudicij, non quoad qualitates in dispensationibus vel litteris gratiæ, aut iustitiæ exprimentibus, quæ iuxta stylum vnde emanant, verè, vel falsè iudicandæ sunt. Sanchez *sup. a. Salas disput. 20. sect. 15. n. 117.* Garcia 8. *p. de benef. cap. 8. n. 65.* De consuetudine autem similiter probatur, quia consuetudo habetur pro lege. *leg. minimè ff. de legi. & tractant supradicti Doctores.*

§. IV.

Expenduntur causæ, quæ iure, & consuetudine debent exprimi in dispensationibus obtinendis, quarumque taciturnitas vitiat rescriptum.

- 1 Non est necessarium mentionem facere alio tempore negatam esse dispensationem.
- 2 Sitne dispensatio nulla, ex eo quod taceat aliam tibi esse in ea materiam concessam.
- 3 Resoluitur vt probabilius non esse.
- 4 Limitatur supradicta doctrina, si prima dispensatio fuit in prauisudicio tertij, quia tunc debes illius mentionem facere.
- 5 Idem est, si est necessarium, vt Princeps qualitatem, & quantitatem gratiæ intelligat. Explicaturque exemplis.
- 6 Item si necessarium est, vt impedimentum dispensandum in regè cognoscatur.
- 7 Valeat dispensatio secundam sine mentione prima, quoties ad tollendos scrupulos, vel dubium secundum impetratur.
- 8 Sed quid si obtinens secundam dispensationem priori vsus non fuerit? Affirmat Sanchez priorem euasere.
- 9 Sed probabilius est secundam esse inualidam, casu quo prima extincta non sit impedimento perpetuo.
- 10 Duplici impedimento ligatus debeat utriusque mentionem facere: prima sententiæ negat.
- 11 Secunda probabilior affirmat.
- 12 Quid si habeas votum castitatis, & velis cum consanguinea contrahere? An possis voti dispensationem impetrare, tacio impedimento consanguinitatis. Resoluitur posse in aliquo casu.
- 13 Quid si habeas votum castitatis, & religionis.
- 14 Si impedimenta irritatione tolli debent, non est necessario facienda mentio in impetratione dispensationis.
- 15 Quid si impedimentum sit aliud publicum, aliud ecclesiarum.
- 16 Quid dicendum in dispensatione irregularitatis, & aliarum puniarum.

Non est animus inuestigare, quæ debeant exprimi pro dispensatione in beneficiis, in matrimonio, in censuris, neque pro obtinendo rescripto ab beneficia, matrimonio, & censurarum absolutionem; quia hæc propriam sedem habent, suisque locis debent retrahi. In præsentem autem solent dicam de his, quæ omni dispensationi, & rescripto generalia sunt.

1. Primò ergo dubitatur, an debeas in impetratione dispensationis mentionem facere tibi alio tempore negatam esse, si fortè petisti, & negata fuit? Docet Menochius *libro 2. de arbitr. centur. 3. casu 203. numero 6.* Et ratio esse potest, quia concedit ex errore, alias non concessurus, si sciret antea negasse. Ceterum tenendum est hoc non esse necessarium, quia neque ex iure, neque ex stylo, neque ex consuetudine habetur i quod auctem Princeps esset negaturus dispensationem, si sciret antea negasse, non obstat, quia tunc non negaret ex causa concernente dispensationem, sed ex causa satis extrinsecæ dispensationi, qualis est negasse illam. Ergo si causa allegata ad dispensandum sufficiens est, tacere negatam esse prius dispensationem, non potest reddere illam insufficientem, & ita tenet Sanchez *libro 8. disput. 22. num. 14.* Suarez *de legibus libro 6. cap. 22. numero 1.* & seqq. Basilius *libro 8. de matrim. cap. 17. numero 3.* Et hæc doctrina vera est, siue idem sit superior, qui negauit dispensationem, & secundo concedit, siue inferior illo, qui negauit; adhuc excellenti valere. Quia ex negatione superioris non est sublata, aut restricta inferioris facultas. Si ergo antequam superior negaret, poterat hic inferior dispensationem expedit, idem poterit post negationem: & ita tenet Basilius *supra numero 4.* Suarez *num. 6.* aduersus Thom. Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 14. numero 5.*

2. Secundò dubitatur, an sit nulla dispensatio, si taceas aliam tibi esse in ea materia concessam? Et in primis certum esse debet, si prima dispensatio ab aliquem defectum fuit nulla, non esse necessarium illius mentionem facere in impetratione secundæ, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. iuxta *regul. 52. de regul. iur. in 6. & tractat Suarez lib. 5. de legibus, cap. 23. num. 17.* Mascard. *de probationibus conclus. 846. num. 20.* Sanchez *lib. 8. disput. 22. num. 21.* & alij plures ab eo relati. Dixi in ea materia; quia circa diuersas, elatum est non esse necessarium, mentionem prioris facere, vt docet Panormitanus *cap. penult. num. 13. de rescriptis.* Sanchez plures referens *disp. 22. num. 5.* Suarez *lib. 6. de legibus, c. 23. n. 2.* Vnde non est necessarium, si dispensatus fuit in ieiunio, illius dispensationis mentionem facere, cum irregularitatis dispensationem obtines, nec si fuit dispensatus in voto castitatis, narrare dispensationem, cum de illegitimitate petis. At si in eadem

eadem materia dispensatio secundò petatur, eo quòd prima limitate fuit concessa, plures Doctores affirmant secundam esse subreptitiam: sic glossa communiter recepta in cap. 2. de filiis presbyter. in 6. per text. ibi. Molin. de primis. lib. 2. c. 4. n. 51. & lib. 4. cap. 3. num. 43. Gutierrez lib. 2. canon. 99. cap. 15. n. 91. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. 15. n. 91. Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. n. 39. & casu 203. n. 33. Couatr. 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. n. 39. & alij plures relati à Sanchez disp. 22. n. 2. & 6. n. 5. vers. 7. & alij plures relati à Sanchez disp. 22. n. 2. & 6. n. 5. ubi cum expresse affirmat: & videtur colligi ex supradicto cap. 2. de filiis presbyter. in 6. ubi legitimus dispensatus ad vnum beneficium, si postea ad plura beneficia dispensationem obtineat, reddat hæc secunda dispensatio subreptitia, quia prioris dispensationis mentionem non fecerit. Idem colligitur ex cap. penult. de prescrip. ubi declarat subreptitium privilegium absolute concessum cuidam Abbati recipiendi sacramenta à quocumque antistite, cum tamen antea illi erat concessum sub hac moderacione, si proprius antistes noluerit ministrare. Tertio ex l. 3. c. de episc. audient. ubi deciditur, crimina semel tantum commissa remissionem habeant. Ergo semel impetrata dispensatione de vno impedimento impetrari alia non potest tacta dispensatione prioris. Et ratio esse potest, quia non est verisimile Principem concessum dispensationem alio modo, quam prius concesserat, ne leuitatis, & inconstancie arguatur. Si ergo prius limitatam dispensationem concedit, quomodo et eadem causa præsumendum est velle illam concedere absolutam.

3. Ceterum tenendum est secundam dispensationem non rari ex eo præcisè, quòd primam impetraveris, & illius mentionem non feceris, quia supradicti textus, neque ratio alata non conuincunt, vt ex ipomet Sanchez num. 3. & Suarez lib. 6. de legibus. cap. 23. a. n. 2. colligi potest. Nam cap. 2. de filiis presbyterorum, in 6. ideo est tertia dispensatio, non quia prioris mentionem non fecerit, sed quia non fecerit mentionem prioris defectus, scilicet illegitimitatis, in qua solum ad vnum beneficium erat facta dispensatio; neque poterat de nouo plura obtinere, quin obterret dispensationem illius defectus, & ita intelligunt eundem textum Dominic. ibi num. 7. Francus n. 2. notab. 3. Couatr. in 4. decret. 2. part. cap. 8. §. 8. n. 5. Suarez n. 7. Basilus de Leon lib. 8. cap. 17. num. 7. Textus enim in c. penult. de prescrip. loquitur in casu speciali, quando scilicet concessum est privilegium primum in præiudicium tertij, cum aliqua tamen moderacione, seu conditione, quæ ius ipsi commune tertij conferuat, & retinet, si postea secundum privilegium ex eadem causa concedatur amplius primum, & iuri tertij plus derogans, necessario est facienda mentio prioris privilegij, quia per illud primum privilegium, in eo, in quo non fuit derogatum communi iuri tertij, fortificatum indidrectè manet, quasi si tertio fuisset privilegium concessum. Si autem fuisset ei privilegium concessum, requirebat mentionem expressam, vt ei esset derogatum; sic videtur in præfati requiri. Neque hic casus est ad alias dispensationes, & gratias tertio non præiudicantes trahendus, vt tradit Innocent. ibi num. 4. Felix num. 2. Bald. n. 10. Suarez n. 6. & 7. Basilus num. 6. lex item 3. c. de episc. audient. loquitur specialiter de remissione criminum, quæ ad alias dispensationes crimina non supponentes trahenda non est, eo quòd in criminibus sit specialior ratio negandi secundam dispensationem, seu remissionem ei, cui est prima in eo crimine concessa, ne scilicet audeat secundò crimen committere, videns remissionem sibi esse negandam. Ratio autem, quæ moueret commune sententia, firma non est. Non enim argui potest leuitatis, & inconstancie legislator, etiam si secundam dispensationem latiorum concedat, quam primam, quia extendere primam dispensationem non est reuocare primam, sed superaddere primæ, & liberalitatem ostendere. Ad ostendendam autem liberalitatem potest se mouere, etiam si antea motus non fuerit sine vlla animi leuitate ex eadem ratione; quia liberè in hac parte procedit. Adde si negaret Princeps dispensationem, & postea concedat, non ideo exaltetur inconstans, vt propter hanc mutationem dispensatio nulla fuerit. Ergo neque cenet debet inconstans, si priorem dispensationem moderatam concesserit, & secundam latiorum, cum in hoc minus inconstancie, & mutationis inueniatur.

4. Quapropter solum in duplici, vel triplici euentu censetur prioris dispensationis mentionem esse faciendam.

Primum quando obtinuit dispensationem cedentem in præiudicium tertij, & per dispensationem secundam ampliorum amplius præiudicatur, tunc enim est primæ dispensationis, seu privilegij mentio facienda, vt intelligitur derogati iuri communi tertij per primam dispensationem indidrectè conferuato, iuxta textum in cap. penult. de prescrip. ubi si obtinuit dispensationem, ne decimas solueret Ecclesiæ ex agro; & postea impetret dispensationem, ne soluas ex vinea, vel nullam soluas, & tenetis prioris dispensationis mentionem facere, vt valet secunda, quia ius commune Ecclesiæ ex vi prioris exemptionis latum fuit ea in parte, in qua subtrahatur decimæ, & conseruatum indidrectè, & fortificatum in omnibus illis partibus, in quibus debet manebant: ac proinde secunda dispensatio, de Castro Snn. Mor. Pars 1.

tio, quia est derogatio communis iuris fortificati per priuilegium, nulla est, si prioris dispensationis, seu priuilegij mentio non sit, quia non censetur hanc fortificationem cognoscere Princeps, etiam si ius commune cognoscat. Basilus cap. 17. num. 11. Suarez num. 7. & 10. Ad idem potest reduci obligatio faciendi mentionem prioris beneficii obtenti, vt obtineas secundum, aliàs nullum erit beneficium, quia cedit in præiudicium Ecclesiæ vni plura beneficia conferri, cum possint pluribus adaptari, & Ecclesiæ plures ministros habere & probat textus cap. constitutus, cap. ad auer. cap. postulasti, cap. ad audientiam, 2. de rescriptis, & aliis. Quod adeo verum est, vt etiam si modicissimi beneficii, & insufficientis ad sustentationem sit impetratum, deberes illius mentionem facere pro impetratione secundij, iuxta textum in cap. si motu proprio, de præbend. in 6. Quæ videtur esse noua decisio iure antiquo non expostalata: Neque obstat textus in cap. gratia, de rescriptis, in 6. ubi impetratio secundij beneficii non facta mentione prioris obtenti, non est subreptitia, si per ignorantiam, & simplicitatem factum fuerit. Non, inquam, obstat: nam licet aliquid dicant ignorantiam excusare à facienda mentione prioris beneficii, si sit probabilis ignorantia. Secundò, si nemini fiat præiudicium. Tertio, si Papa aliàs esset concessurus, si cognouisset: vt tradit Menochius de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 201. n. 53. In casu illius textus hæc concurrere non possunt, quia tertium non conuenit, eo quòd primum beneficium absenti, & igno collatum pingue fuerit, & omnino cum secundo incompatibile, ac proinde præsumi non poterat Principem concessurum. Quocirca ibi non fuit mentio necessario faciendi prioris beneficii, quia non erat impetratoris, erat enim illi absenti, & ignorant collatum, & quouique ipse acceptasset, vel eius procurator nomine ipsius, dici non poterat esse suum, iuxta cap. si tibi absenti, de præbendis, in 6. ac proinde non tenebatur illius dispensationem facere, & ad huiusmodi effectum ponderatur à textu ignorantia, sic explicat Sanchez lib. 8. disp. 22. num. 60. sine Basilus lib. 8. cap. 17. num. 19. Couatr. lib. 3. variarum. cap. 16. Quod si istes. Ergo etiam si sciret primum beneficium tibi esse collatum, si tamen illud non acceptasset, posset secundum beneficium impetrare, nulla facta mentione prioris; siquidem non est habitum, & possessum, quovisque illud accepisset? Neganda est consequentia; quia tunc dolo procedis, & solum ignorantia in hoc casu beneficii nondum acceptati excusare potest.

5. Secundus casus, in quo debes mentionem prioris dispensationis facere, vt secunda valida sit, est quando id necessarium est, vt intelligat Princeps qualitatem, & quantitatem gratiæ adæquare causæ sibi propositi. Nam si hæc cognitio ex suppressione primæ dispensationis non habetur, gratia facta voluntaria non est, ac proinde omnino cessat, sic Suarez lib. 6. cap. 23. n. 11. Basilus lib. 8. c. 17. n. 8. de clatatur exemplis. Primo obtinuit dispensationem non residendi in beneficio cum perceptione fructuum per quinquennium; illo expleto vis ex eadem causa aliud quinquennium impetrare; debes necessario mentionem facere primæ concessioni, tum quia causa illa forte non erat sufficiens, nisi ad quinquennium vnum, non ad duplex quinquennium. Tum quia illa concessio æquiuale decennij concessioni, quam non præsumitur facturus Princeps, si prioris dispensationis conscius esset. Sic ex Felino in c. penult. de prescrip. n. 2. docet Basilus n. 8. Suarez num. 11. Ad idem est, si impetrasti dispensationem ad alienanda bona maioratus, & post illius usum, aliam similem, vel ampliorum impetras, tacita prioris dispensatione, impetratio secunda subreptitia erit, si sit ex eadem causa; quia non est censenda causa sufficiens ad tantam alienationem concedendam: neque est verisimile Principem secundam facultatem concessurum, si conscius esset prioris facultatis concessæ, nulla noua causa superueniente. Secus verò si peteretur secunda facultas ex diuersa causa, quam spectatis circumstantiis crederetur Princeps concessurus, sic Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 3. n. 42. Gutier. lib. 2. canon. quasi. c. 15. n. 95. Basilus lib. 8. de matrim. cap. 17. num. 16. Sanchez lib. 8. disp. 22. n. 12. Secundum exemplum adducitur, si habens votum castitatis, obtineas dispensationem ad vnum matrimonium contrahendum, & mortua vxore iterum petas dispensationem ad matrimonium ex eadem causa, scilicet quia renatiouis vexaris, tacita prioris dispensatione. Basilus, & Suarez supra, existimant nullam esse secundam dispensationem, quia non concepit Pontifex, quantum relaxationem faciat in eo voto. At huiusmodi exemplum mihi non probatur. Satis enim concepit Pontifex quam relaxationem faciat in illo voto iuxta causam sibi propositam, concepit enim se relaxare votum ad matrimonium ex causa legitima: quòd autem prius fecerit relaxationem ad matrimonium non inducit aliquid impedimentum, vt ex eadem causa subsistente non possit idem votum relaxare, imò potius aggo cogitur dispensationem priorem continuare, secus verò erat de illo exemplo non residentie concessæ per quinquennium, ubi tacite infirmitur causam pro solo quinquennio sufficere, præterquam quòd ibi est præiudicium Ecclesiæ, ac proinde debet quali specialiter derogari, iuxta dicta in primo casu & Basilus.

DE
ASTRO
PALAC
TONI
EIVS

meo iudicio, sibi est contrarius in eadem pagina: nam cum, prius *illo num. 8.* dixisset prioris dispensationis voti mentionem esse faciendam, ut valeret secunda ad contrahendum matrimonium, subdit *num. 9.* Si post obtentam dispensationem in voto, v. g. castitatis ad contrahendum matrimonium, postea petat aliam, mentione facta tantum voti, valet secunda, vera cum est narratio totius impedimenti auferendi. Quod intellige, siue vsus fuerit prima dispensatione, siue ob superueniens impedimentum euauerit. Et idem videtur sentire Suarez, *n. 16.* Ego vero (inquit) in hoc præcisè quod prior, dispensatio taceatur, nullam fraudem inuenio: quandoquidem totum votum auferendum proponitur, & Pontifex ignorare non potest peti puram dispensationem sine limitatione solitis, & insolitis, & ideo ex hoc capite non video subreptionem, & nullitatem. Quod optimè confirmatur ex his, quæ Sanchez *disputat. 22. numer. 13.* inquit enim: Si femina ob dotis defectum impetrat dispensationem nubendi consanguineo, & illo mortuo velit alteri consanguineo nubere, non indiget mentionem facere prioris dispensationis, si idem defectus dotis perseverat: tum quia illa perseverantia defectus dotis, reputatur noua causa superueniens, & honestans nouam dispensationem: tum etiam, quia vna dispensatio non habet cum alia connexionem. Ego similiter dicendum est in voto: nam licet per dispensationem ad secundum matrimonium ampliore relaxatione in voto faciat, quam per dispensationem ad vnum tantum, si perseverat causa, quæ primam dispensationem honestauit, honestabit secundam dispensationem, quia reputatur distincta causa, neque vnum matrimonium cum alio connectitur. Tertium exemplum est, si petas dispensationem in vxorificio ad contrahendum matrimonium, & illo contracto aliud crimen simile committas, teneris, si velis secundam dispensationem impetrare, mentionem primæ facere argumento *textus in l. 3. C. de episcop. audient. & tradit Basilius lib. 8. cap. 17. n. 8.* Suarez *lib. 6. cap. 13. num. 12.* Sanchez *lib. 8. de matrim. disputat. 22. num. 20.* cui exemplo libenter assentior. Et ratio est, quia cum in secundo homicidio tibi dispensatur, non cognoscit superior qualitatem, & quantitatem gratiæ, quam facit. An, inquam, sit proportionata causa allegata, nam licet causa sit proportionata pro impetranda dispensatione primi vxorificij, non tamen inde inferitur esse proportionatam pro secundo: quia secundum crimen, eo quod post remissionem primi succedat, redditur iure ordinario indispensabile, ex *supradicta l. 3.* ac proinde requirit causam gratiorem. Quocirca si non manifestas, cum secundo impetras, dispensationem tibi fuisse primam concessam, non manifestas qualitatem gratiæ, quam petis, neque Princeps illam censetur concedere. Et confirmari potest ex communi omnium sententia asserente inuentem scienter matrimonium in gradu prohibito, teneri in dispensatione narrare hanc malitiam, neque sufficere si dicas te in gradu prohibito contraxisse, eo quod tunc impedimentum est regulariter indispensabile, iuxta Trident. *sess. 24. cap. 5.* Quapropter Sanchez *lib. 8. de dispensat. disputat. 21. num. 15.* generaliter infert, quoties in iure cauetur, ne in aliquo casu dispensatio concedatur, neque delictum remittatur, esse illius speciale mentionem faciendam, aliàs non erit voluntaria gratia facta.

6 Tertius casus solet addi, in quo prioris dispensationis est mentio necessaria faciendam, quando scilicet est necessaria talis commemoratio, ut impedimentum dispensandum integrè cognoscatur, qui casus est omnino admittendus, at raro, vel nunquam prioris dispensationis mentio est necessario faciendam, ut impedimentum integrè cognoscatur: si enim tibi illegitimo dispensatio concessa fuit ad vnum beneficium simplex & postea velis curatum, vel aliud simplex obtinere, non videtur necessario mentio faciendam prioris dispensationis, sed prioris defectus nondum iure integrè sublatus, iuxta ea, quæ diximus supra explicantes *textum in c. 2. de filiis presbyter. sic docet Basili. de Leon lib. 8. cap. 17. n. 7.*

7 Extra hos casus, non est necessario mentio faciendam prioris dispensationis, ut obtineatur secunda. Quocirca valet dispensatio secunda, sine mentione primæ, quoties ad tollendum sepulchrum, vel dubium primæ fuit impetrata circa eandem rem; quia nullibi cautum est prioris dispensationis tunc esse mentionem necessario faciendam, imò valet dispensatio secunda, etiam si petatur ad extinctionem primæ, dummodo non sit in præiudicium tertij, ut si obtinueris dispensationem irregularitatis ad ordines minores, poteris explicata irregularitate ad ordines maiores, vel ad omnes ordines dispensationem obtinere, & impetrata dispensatione ad ordines, poteris dispensationem super intersticia impetrare, quia irregularitas non est impedimentum respectu interstitorum. Item poteris dispensationem ad beneficia impetrare, nulla facta mentione dispensationis: facta tamen mentione irregularitatis. Item si obtinueris dispensationem in voto castitatis ad contrahendum vnum matrimonium; poteris causa intercedente aliam dispensationem impetrare, quin mentionem facias prioris dispensationis. Quod si dispensatio facta in voto castitatis, ita fuit absoluta, ut omnino tolleret votum illud, quia in pia aliqua

opera commutauerit; tunc quidem non debet fieri mentio voti, quia non est, sed potius piorum operum, in qua fuit facta commutatio. Ad idem est, si dispensatio in eadem lege secundum diuersas partes concedatur, non est confessario mentio faciendam prioris dispensationis. Verbi gratia, si obtinueris dispensationem huius ieiunij, vel festi & alius dies ieiunij, vel festi superueniat, non teneris prioris dispensationis obtentæ mentionem facere. Item obtinueris dispensationem pro ducenda consanguinea, & mortua illa poteris aliam dispensationem pro alia obtinere, absque mentione primæ, in his conuenit Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 23. n. 13.* & Basilius *lib. 8. cap. 17. n. 9.* quamvis contra videatur sentire Sanchez *illa disputat. 22. n. 15.* ubi affirmat, quoties petitur secunda dispensatio ad corroboracionem vel augmentum primæ, secundam conuenire, & validam esse primam, quia non censetur priori renuntiare, nisi ex eo quod valeat secunda, quæ ob taciturnitatem primæ inualida est. Sed quod diximus est longe probabilius.

8 Sed quid dicendum, si cum obtines secundam dispensationem, priori vsus non fueris? Verbi gratia, non fuisse vsus dispensationem ad contrahendum cum consanguinea, vis cum alia contrahere, & obtinere dispensationem, nulla facta mentione prioris dispensationis. Quæ ergo dispensatio valet, posterior ne, an prior, an vtraque?

Thomas Sanchez *lib. 8. de dispensat. disputat. 22. n. 19.* sentit posteriori valere, & primam omnino euanescente. Mouetur euanescere primam; quia ex impetratione secundæ censetur renuntiare primæ in manus Pontificis; & dato ce nolle sic renuntiare, Pontifex non intendit secundam concedere, nisi exclusâ primâ. Ergo prima omnino euanescit. Quod autem secunda valeat, inde probat, quia prioris non debebas mentionem facere in impetratione secundæ, quia non est ad priorem dispensationem augendam, sed est super matrimonio diuerso, & nullam inter se connexionem habent.

9 Ceterum mihi probabilius est, secundam dispensationem esse inualidam, cum quo prima extincta non sit, & impossibilis eius vsus per motum coniugis, vel alterius impedimenti perpetui. Ratio est, quia vtraque valere non potest; non quia Pontifex non possit vtramque concedere, sed quia non est verisimile id velle; est enim nimia gratia, & indulgentia, quam concedere Pontificem alienum est a ratione. Prior autem dispensatio valida perseverat, eo quod solum per renuntiationem cessare potest, cui tamen non renuntiat impetrans, cum secundam obtinet, quia non habet eam animum, & casu quo renuntiare velle, non manifestat, ita vt Pontifex id intelligens renuntiationem acceptare possit. Inferat ergo debere conuenire secundam dispensationem; eo quod prioris dispensationem non sit facta, quia sine illius mentione non cognoscit Pontifex, quantum gratiam huic impetranti faciat, sic docet Suarez *lib. 6. de legibus, cap. 23. num. 21.* Basilius *lib. 8. cap. 17. n. 9. circa finem.* Ex quo sic, si impetranti facultatem ad alienandam bona maioratas, & illa facultate nondum vsus impetret aliam, vel ex eadem causa, vel diuersa, hæc secunda non videtur valere, nisi mentionem primæ feceris, vt Princeps primam facultatem irritam reddat, vel validam relinquat, quia non censendus est velle, vt vtraque facultas simul valida perseveret, & tantum gratiam maioratus fiat, sic indicat Basilius *lib. 8. cap. 17. n. 9.*

10 Tertio dubitatur, an ligatus duplici impedimento, debeas illorum omnium mentionem facere, cum alicuius dispensationem impetras? v. g. vis consanguineam ducere, adstrictus es voto castitatis, affinitatis, & consanguinitatis, poteris sine per partes horum impedimentorum dispensationem impetrare, ita vt prius impetres dispensationem voti, Secundo affinitatis, Tertio consanguinitatis, quin in vna dispensatione mentionem facias aliorum impedimentorum. Idem est si plures irregularitates habeas, & velis ad ordines promoueri. An, inquam, teneris in qualibet dispensatione omnium mentionem facere? In hac re est duplex sententia, Prima, negat mentionem esse necessario faciendam illorum impedimentorum, sed posse dispensationem obtineri vnus, tacito alio, & postea alterius, & sic plarium, sic docuit Natarr. *lib. 4. consil. tit. de consanguinit. consil. 7. n. 2. & 3. & consil. 8. & 9. eodem tit. Eman. Saa verbo dispensatio, n. 16. Caxuallos pract. q. 737. num. 27.* & alij relati à Sanchez *disputat. 23. num. 11.* quàmque ipse probabiliter reputat: Fundamentum præcipuum est, quia nullibi habetur in dispensatione vnus impedimenti reliqua esse manifestanda. Ergo non est hoc onus dispensato imponendum: præcipue cum integrè possit vnus impedimentum absque alio manifestari, & causa tollendi illud integrè cognosci.

11 Secunda sententia vniuersaliter affirmat debere in dispensatione vnus impedimenti reliqua manifestari, aliàs esse subreptionem dispensationem: sic docet Couarr. *4. decret. 2. part. cap. 6. §. 4. fin.* Menoch. *de arbitrar. lib. 2. centur. 3. casu 203. n. 12.* Sanchez *lib. 8. disputat. 23. n. 2.* & alij innumeri ab eis relati. Huius communis sententiæ ea solum mihi videntur ratio firma, quæ ex præxi, & consuetudine desumitur: & cum hæc in dispensatio

dispensationibus impedimentorum matrimonij elatior apparet, in illis, ut probabilior, & securior tenenda est. Congruentia autem addi potest: quia impedimentum vnum ex alterius coniunctione redditur difficilius dispensatum, difficilius enim dispensatur cum persona pluribus impedimentis laborante, quam si vnum tantum haberet, quod intelligendum est, quando ad eundem effectum dispensatio postularitur: tunc enim militat supradicta ratio ex coniunctione, scilicet aliorum impedimentorum, quodlibet impedimentum reddi difficilius dispensatum, & quasi aggrauari quia cum dispensatio tendat ad habilitandam personam ad vnum, & eundem effectum, ad quem ex pluribus impedimentis est incapax, & hanc habilitatem non consequatur per vnum dispensationem, ob tacturumque aliorum impedimentorum, sequi videtur, neque dispensationem valere, quia cessat finis, ob quem data est. Hanc inquam, ratio solum est quaedam congruentia ad investigandam intentionem concedentis, non tamen videtur omnino firma, siquidem in excommunicationibus eodem modo procedit. Pluribus enim excommunicationibus ligatus absolutionem impetrare ab vno potest, aliis tacitis, ut tradit glossa communiter recepta in cap. ex parte, verbo reddere, de officio ordin. quamvis ex vna communicationis absolutione habilis diuina non sis factus

12 Dixi antea, quando ad eundem effectum dispensatio postulat. Ex quo fit quid dicendum sit, si habeas votum castitatis, & veis cum sanguinea contrahere? Poteris dispensationem a voto castitatis prius impetrare, etiam si animo contrahendi cum sanguinea facias; dummodo causa allegata ad dispensandum in castitate non sit deesse sanguinitatem, neque ad illum effectum ordinetur. Ratio est, quia dispensatio voti castitatis alium effectum habere potest praeter matrimonium cum sanguinea, neque votum castitatis est speciale impedimentum ad contrahendum cum sanguinea, neque ex coniunctione sanguinitatis est difficilius dispensatum. Impetrata autem dispensatione circa votum, potes de sanguinitatis impedimento dispensationem impetrare quia mentionem facies dispensationis voti, quia votum omnino sublatum est. Sic Suarez lib. 6. de legibus, cap. 24, num. 5. Basilius de Leon. lib. 8. de dispensat. cap. 17, num. 24. Sanchez lib. 8. disp. 23, num. 4. Secus vero dicendum est, si habeas votum castitatis dispensationem petas prius de sanguinitate tunc necessario votum debes manifestare, quia cum dispensatio sanguinitatis ad nullum alium effectum tendat, nisi ut te habilem, & expeditum reddat ad matrimonium, & ex voto castitatis impeditus adhuc existis, ea de causa, ut effectum fortiorum, tenentis votum manifestare: sic supradicti Doctores, quamvis contra abque fundamento tenent Nicol. Garc. 8. p. de beneficiis, cap. 3, a num. 61, motus, quia non est impedimentum irritans sed impediens, & consequenter non videtur posse impedimentum irritans augere, sed hoc non obstat si sufficit, quod veis impedit.

13 Fit secundo quid dicendum, si habeas votum castitatis, & religionis, & veis vnus dispensationem impetrare, an debeas utrumque manifestare? Et quidem si petis prius dispensationem in voto religionis, affirmat Suarez lib. 6. cap. 24, num. 8, validam esse tacito voto castitatis, quia ex voto castitatis, non redditur difficilius dispensatio in voto religionis, cum potius in illud solet commutari; & ex alia parte suum effectum habere potest, independens ab alio. At si petatur dispensatio in voto castitatis, tacito voto religionis, existimari non debet esse, quia cum religio ad seruandam castitatem obliget, nulla causa videtur posse allegari sufficiens ad dissoluendum votum castitatis, manente voto religionis, nam incontinentia non videtur sufficere, siquidem per matrimonium succurri non potest, durante voto religionis. At credo satis esse, probabile impetrare te posse dispensationem in voto castitatis, etiam si taceas votum religionis. Sic Basilius lib. 8. cap. 17, num. 24, quia votum religionis non obligat ad perseuerandum. Ergo dispensatio pro voto, castitatis vtilis esse potest eam quo in religione non perseueres, Item esse vtilis potest toto tempore, quo religionem experis, ne tot peccata committas: & ex hac vtilitate dari potest sufficientis causa dispensationis. Secus vero dicerem de solo voto non nubendi, quia non videtur adesse posse causa dispensandi in illo, si votum religionis perseueres.

14 Fit tertio, Quid dicendum si impedimenta non solum dispensatione, sed alia via, scilicet irritatione, aut remissione tolli possunt. An tunc sit necessario facienda mentio omnium tam impedimentorum, quae dispensantur, quam illorum, quae irritatione tolli debent?

Respondet solum ea impedimenta narrari debent dispensanti, quae per dispensationem tolli debent: a ea quae alia via tolli possunt, necessarium non est manifestare, siquidem extra dispensantis iurisdictionem sunt hac proinde videtur extra rem illi narrare. Quia ratione si contraxit sponsalia, vel votum castitatis ante pubertatem emissit, & vis cum sanguinea contrahere poteris impetrare dispensationem impedi-

Verd. de Castro Sum. Mor. Pars I.

menti sanguinitatis, quin sponsalia votum manifestes: quia votum illud irritatione tolli potest, & sponsalia remissione illius, cuius interest, sic Sanchez lib. 8. disp. 23, num. 6. Basilius lib. 8. cap. 17, num. 23.

15 Fit quarto, Quid dicendum, si impedimenta concurrunt diuersa, aliud publicum, aliud occultum? An inquam, debeas manifestare simul omnia?

Respondet non debere manifestare occultum, cum publici dispensationem petis, etiam si ex manifestatione occultum non sequatur infamia: quia non praesumitur Pontifex id velle, esset enim nimis durum, & alienum a suavi regimine Ecclesiae: quia praecideretur via pluribus contrahendi matrimonium. Quapropter pro his impedimentis occultis constituti iudices penitentiarum sunt, quibus non solum occulta, sed etiam publica impedimenta manifestanda sunt, ut ex stylo curiae refert Sanchez, disp. illa 23, n. 7, & tradit Basilius de Leon. lib. 8. cap. 17, num. 23.

16 Fit quinto, Quid dicendum in dispensatione irregularitatis, & aliarum poenarum? An inquam, debeas, cum vnus dispensationem impetras alias manifestare. Et quidem ratio supra allegata in his videtur procedere, quia scilicet vnus impedimentum ex coniunctione alterius videtur dispensatum difficilius. Item quia ad eundem effectum dispensatio vnus, & alterius ordinatur, nempe ad habilitandam personam. Ergo omnia debent explicari: & ita tenet Basilius lib. 8. cap. 17, num. 24.

Suarez vero lib. 6. cap. 24, circa finem, negat esse necessariam explicandam, nisi casu quo vna irregularitas, vna poena non possit sine alia explicari. Monetur: quia neque ex iure neque ex stylo id habetur. Quod autem difficilius obtineret vnus dispensationem, si alia sciretur, non obstat, si datur ex sufficienti causa, & cum plena cognitione, quia illud difficultas est extrinseca dispensationi singularum, sicuti habens plura crimina, & vnus petens remissionem, non tenetur omnia manifestare, etiam si sciret ex manifestatione aliorum negandam esse remissionem illius petiti, & hac mihi sententia probatur. Illa autem limitatio, quam Suarez adducit, scilicet aliarum irregularitatum, & poenarum esse mentionem faciendam, casu, quo grauitas vnus non possit sine alia explicari, est verissima. At exempla, quibus eam explicat, mihi non probantur. Primus est, si contraxisset irregularitatem, eo quod clericum occideris, teneri te manifestare clericum fuisse, neque satisfacere, si dicas hominem occidisse, quia debes explicare grauitatem criminis, & facile legi commissi & docuit Nauarrus lib. 1. consil. tit. de re scriptis, consil. 28, num. vlt. in 2. edit. Immanuel, 1. tom. sum. 2. edit. cap. 1. §. conclus. §. num. 10. At verius censo non esse necessariam illius qualitatis manifestationem, quia ad irregularitatem est omnino extrinsecum, & per accidens fuisse clericum non enim ob facilegium, sed ob defectum perfectae lenitatis imponitur, qui defectus in quacumque hominis occasione reperitur, & ex alia parte neque ex consuetudine, neque ex stylo curiae consistit hanc qualitatem debere manifestari. Non ergo vnus sine causa imponendum est: & ita tenet Sanchez lib. 8. disp. 21, num. 22. Salas disp. 20. sect. 1 §. num. 122 §. quod vnus dubium. Basilius de Leon. lib. 8. cap. 17, §. 4 num. 24. sine secundum exemplum, quod adducit Suarez est, si plura homicidia commississet, & veis vnus irregularitatis dispensationem impetrare, tacitis aliis; quia licet irregularitates illae sint numero distinctae moraliter tamen quasi efficiunt vnam grauiorem, vel certe vna illarum non satis abque alia explicatur. Verum meo iudicio, non video, quare vna irregularitas non satis abque alia explicetur, cum satis vnus homicidium abque alio explicari possit: nec cur vnus dispensatio cum alia colligata sit, liquida ex distincta omnino causa, procedit neque ex pluribus illis irregularitatibus vna coalescit, sed ut distinctae, ac si quolibet in se subiecto distincto existeret. Adde, sicut potest remissio vnus homicidij sine alio impetrari, cur non poterit dispensatio irregularitatis vnus homicidij sine dispensatione alterius obtineri? Denique si percussisses plures clericos posses obtinere absolutionem vnus excommunicationis, non obtenta absolutione alterius. Ergo similiter contingere potest in irregularitate. Denique non cater probabilitate coacta vna irregularitate ob homicidium non contrahi aliam numero distinctam, etiam si aliud homicidium committas; quia cum irregularitas sit inhabilitas per modum habitus, non potes amplius ex eadem causa inhabilitari; neque vna causa inper aliam operari, sic tradit Henriquez lib. 1. cap. 30 §. 3. Et lib. 14. cap. 7 §. 3. Thomas Sanchez lib. 8. disp. 22, num. 7. Kolla disp. 10. de irregular. dub. 8. & in excommunicatione, qui pluries in excommunicatione celebrant, tenet Nauarrus, consil. 3. de reprobis num. 6. Zetola in pract. 2. part. verbo irregularitas §. 12. ad finem Garcia hos referens 8. part. de beneficiis, cap. 3, n. 80. usque ad 87. & confirmari satis potest ex copula cum sanguinea saepius repetita, quae non inducit novum impedimentum neque est necessario facienda mentio omnium illorum delictorum, vtilis si vnus, tantum mentionem faciat & docet Sanchez lib. 8. disp. 24. numer. 7. Tolercus lib. 7. cap. 19. ad finem. Azor. 3. part. lib. 3. cap. 10. quae. 1. Garcia num. 77. Idem, si quis recuset

in Bepifimo plures filios alicuius, vicia tantum est compa-
teritas Garcia num. 78. Et si quis ter, vel quater contraxit
nuptias, non est necessarium id exprimere in dispensatione
bigamie, Garcia numer. 79. Sanchez lib. 7. disput. 86. num. 24.
Henriquez lib. 12. cap. 6. §. 9. Nauarr. consil. 2. de bigam.
Votum de irregul. cap. 56. §. 7. num. 3. Aulia de censur. 7. Part.
disput. 8. fin.

S. V.

Expenduntur ea, quorum falsa expressio vitiat
rescriptum.

- 1 Quis sint certa presupponenda.
- 2 Si ex causa vera & falsa integratur causa sufficiens dispensa-
tioni, dispensatio corrumpitur. At si vera causa allegata suffi-
cians est ex falsa superaddita non vitiat dispensatio
secundum communem sententiam.
- 3 In casu dubio, sine falso causa allegata finalis, vel motiva,
presumitur motiva, non finalis.
- 4 Quid si causa falsis testibus probetur.
- 5 Subreptio commissa in una parte rescripti non vitiat totum re-
scriptum, si per ignorantiam etiam culpabilem, modo non
sit crassa subreptio commissa sit.
- 7 Vitiat tamen si ex fraude & malitia procedatur.
- 7 Dicit tantum una pars cum alia coniunctionem habere, &
ad eundem finem ordinari.
- 8 Impetrans rescriptum ad primum beneficium vacantium
vacuo defectu legitime auctoris ad curatum, valet ad sim-
plex.
- 9 Impetrans dispensationem voti & consanguinitatis ad ma-
trimonium, falso allegata causa circa votum rescriptum
vitiat.
- 10 Rescriptum hoc modo vitiatum aut habet effectum quous-
que vitium commissum in illa parte rescripti declaratur.
- 11 De interpretatione, & cessatione dispensationis remittitur
ad ea quae dicta sunt de privilegiis.

Constat apud omnes si falsa occasio sit, ne impedi-
tam dispensationem integre manifestetur, vitari omnino
dispensationem. Item si est occasio, ne causa allegata ad di-
spensationem vera sit quia dispensatio semper expostulat cau-
sam praecipue si in lege superioris fiat, secundo suppono aliud
esse impetrare gratiam, & beneficium ab ordinario aliud a
Sede Apostolica, & eius Legato, si ab ordinario impetret, notari
non potes subreptione.

Difficultas ergo est, cum plures causas allegas, ut tibi
dispensatio concedatur, & aliqua illarum est falsa, an corrumpat
tota dispensatio? Et quidem si ex falsa causa, & vera allegata
integratur sufficiens causa dispensationis, sine dubio corrumpit
dispensatio, quia corrumpit fundamentum, cui voluntas dispen-
sationis nititur, sic Couarr. lib. 1. variarum, cap. 20. num. 5. Basilus
lib. 8. cap. 17. §. ult. num. 41. Suarez lib. 6. de voto, cap. 17. num. 11.
At si non obstante falsa causa admixta allegas veram, quae de-
se, & secundum hylum, & consuetudinem solet reputari suffi-
cians ad dispensationem concedendam; communiter sententia
docet validam tunc esse dispensationem, sic docet Sanchez
lib. 8. disput. 21. num. 32. multis relatis Suarez Basilus supra.
Sed hoc intelligendum esse videtur de causa extrinseca dispen-
sationis, & quae per se non solet mouere Principem ad dispen-
sationem concedendam: nam si causa falso allegata, & quae ac-
vera mouet Principem ad dispensationem concedendam, quis
dicere poterit hic, & nunc ex utraque simul morum non esse
neque enim est vicia ratio; quare magis ex vera, quam ex falsa
causa moueatur, cum utraque eodem modo illi proposita sit.
Si ergo ex utraque morus sit, qualibet ex illis cessante, cessat
intentio hanc dispensationis & consequenter dispensatio: & ita re-
dit Guier. canon. q. lib. 2. cap. 15. n. 129. & 130. Neque credo
Sanchez dissentire, ut colligi facile potest ex his, quae dicit
n. 44. & 45.

Sed quid dicendum est in casu dubio? An sit causa fina-
lis, hoc est pertinens ad dispensationem intrinsecam, an vero
solum impulsiva, & motiva, & extrinseca dispensationem con-
cernens?

Respondeo praesumi motiuam, & non finalem, quia semper
debet stare praesumptio in fauorem valoris actus: ac si praesu-
meretur finalis, corrumpit dispensatio & praesumptio solum mo-
tiva dispensatio, substat. Ergo & ita tenet Tiraquell. tract. ces-
sante causa, limit. 1. num. 14. & 48. Loazes de matr. Regis An-
glicae, dub. 5. num. 42. & 43. Menoch. volum. 2. consil. 106.
num. 91. Sanchez plures alios referens lib. 8. disp. 21. num. 10.
Basil. lib. 8. cap. 17. num. 41. Et idem dicendum est, cum dubium
est, an dispensatio valida sit quia dubium est an satis probetur
veritas narrationum, vel quia est dubium, an causa falso al-
legata sit finalis? Semper inquam, praesumendum est in hoc
dubio validam esse dispensationem, quia pro valore actus
stare debet praesumptio l. quousque ff. de reb. dub. & cap. Ab-

bate, de verbor. significat. & multis allegatis docet Menoch
lib. 6. praesumpt. 4. per suam & tradit Sanchez lib. 8. disput. 21.
num. 25.

Quid si causa falsis testibus probaretur, essetne tunc
dispensatio nulla? v. g. commissa est ordinatio dispensatio in
impedimento consanguinitatis, si paupertas, defectusque dotis
verus sit probas falsis testibus defectum dotis adesse, etiam
tunc dispensatio valida?

Respondeo; si verum in re defectum dotis non habeas: dis-
pensatio omnino vitiatur quantumvis exterius constet quia
sine causa subsistere non potest dispensatio, & sententia lata
ab ordinario fundatur in falsa praesumptione contra verita-
tem, quam intendit Pontifex, At si defectus dotis verus sit
falsis tamen testibus probatus quia absque perfecta notitia iu-
ratur, credo dispensationem valere, quia verificatur conditio
a dispensante requisita, sic Sanchez lib. 8. disput. 21. num. 33.
Basil. lib. 8. cap. 17. num. 41. circa finem, Verum si per ig-
norantiam, & simplicitatem allegati, v. g. defectum dotis
etiam tamen verum non fuerit, & ordinatus facta informatione
declarauit defectum dotis existere & sic dispensauit, & ex
hac declaratione, & dispensatione concessa ad contrahen-
dum matrimonium processit, videtur valide contrahere, neque
posse tale matrimonium oppugnari, ex cap. cum inter de sen-
tent. & re iudic. cap. eo qui appellat. §. si vero. 2. quest. 6. &
tradit Basil. lib. 8. cap. 16. num. 5. & cap. 17. num. 42. & facit id
quod docuit Socin. consil. 270. ad finem, volum. 2. & Felin. c. super
litteris, de rescript. num. 7. versic. demum ubi alletunt, si subre-
ptio commissa non sit ab eo, qui litteras impetrat, sed a soli-
citatore, qui falsam causam allegauit ignorante eo, pro quo re-
scriptum impetratum est valere rescriptum, nec subreptiuum
esse. Quia ignorantia facit, ut praesumatur Pontifex in tali ca-
su de plenitudine suae potestatis dispensare, & sententia tunc
data transit in rem iudicatam, Ad credo hoc tenendum non
esse quia tale rescriptum, vt potest in falsa causa fundatum
nullum est, neque ignorantia prodesse potest ad valorem
ipsius, sed solum excusandum impetratorem, a culpa com-
missa, & videtur expressis de cetero cap. super litteris, de rescript.
ubi & quae de taciturnitate veritatis, ac de expressione falsita-
tis quando contingit circa totum rescriptum, dicitur nullum
esse, & etiam per ignorantiam, & simplicitatem factum sit
si vero (inquit textus) per huiusmodi falsitatis expressionem,
vel suppressionem etiam veritatis litterae fuerint impetratae, quae
facta, vel expressa nos nullas litteras dedissemus, a delegato
non est aliquatenus procedendum, sic Tiraquell. tract. cessare
causa, in princip. num. 116. Abbas dict. cap. super litteris num. 4.
& 6. & aliis quos sequitur Sanchez lib. 8. disp. 21. num. 56.
& 57.

Difficultas grauis est an quando subreptio commissa
sit in aliqua parte rescripti & non in toto rescriptum totum
reddatur nullum v. g. impetrans rescriptum pro impedimento
voti, & sponsum, quam habes ad matrimonium contrahen-
dum, & falso causam allegas pro affirmatiuo impedimento ver-
tam tamen, pro voti impedimento impetratione, etiam tunc
totum rescriptum subreptiuum, Idem est, si impetrasti litteras
ad beneficium, siue curatum, siue simplex, allegata falsa le-
gitima etate, cum tamen solum ad simplex, legitima esset, an
tunc rescriptum respectu utriusque beneficii sit nullum; Idem
est si impetrasti rescriptum contra votum debitorum, affirmans
falso ex consuetudine paritae causas tractari simpliciter, &
de plano: eaque de causa commissa est iurisdicchio delegato,
vt sic cognoscere, an tunc iurisdicchio expiret, vel solum
quoad illam formam. Et quidem tunc vitiat rescriptum, quo-
ad illam partem, in qua falsitas expressa est nemini esse po-
test dubium, solum de alia parte, circa quam falsitas com-
missa non est, dubitatur, in qua ommissis aliis dicendi modis
distingendum est, si per ignorantiam, & simplicitatem
etiam culpabilem, modo non sit nimis crassa, contingerit falsi-
tatis expressio, vel veritatis taciturnitas, circa causam finalem
illius partis rescripti, non vitiat totum rescriptum, sed solum
illa pars, in qua ex ignorantia prosum est, sic ex communi
sententia docet Sanchez lib. 8. disp. 21. n. 61. Guier. canon. quest.
lib. 2. c. 15. n. 45. & multis relatis Nicol. Garo. 8. p. de benefec. cap.
3. num. 16.

At si ex fraude & malitia subreptio commissa sit, totum
rescriptum vitiat in poenam fraudis & malitiae, vt dicitur
expressis in c. super litteris ibi, in sua peruersitatis poenam nullum
ex illis litteris, commodum consequantur, & in cap. sedes, eode tit.
ibi mendax peccator carere penitus impetratis. Neque valet di-
cere verba debere intelligi solum de eo, capitulo in quo falsitas
commissa est, non de alio, quia respectu illius circa quod falsi-
tas est commissa, non erat necessarium dicere in poenam suae
peruersitatis nullum debere commodum consequi. Siquidem,
etiam si per ignorantiam factum sit nullam commodum ob-
tinetur, Restat ergo vt intelligatur de alia parte rescripti, in
qua frans commissa non est.

Auctore tamen debere vnam partem cum alia con-
iunctionem habere & ad eundem finem, & effectum ordi-
nari: alias si in se omnino separatae sint, etiam in eodem
rescripto

recepto contingatur, credo non vitari vnam ex lubricio-
 ne affectus. Moueri, quia pena non debet extendi, sed limita-
 ti quoad fieri possit: cum autem irritatio illius partis recepti,
 circa quam factus commissus non est, solum sit in penam fal-
 sitatis commissae circa aliam partem, non debet extendi extra
 casum in iure expressam: in iure, vt constat ex cap. *super li-*
teris, & ex dict. cap. *sedes*, partes recepti inter se vniebantur
 & ad eundem effectum ordinatae erant. Ergo quando cessat hac
 connectio, & ordinatio, cessabit poena. & ita explicandus est tex-
 tus in c. *ad audientiam*, de *receptis*, & in l. *si ex falsis*, C. de *trāsact.*
 vbi videtur decidi vitium commissum in vna parte recepti,
 reliquis vitare. Intelligi debet, si inter se vniantur, secus si se-
 paratae sint, & ita tenet *Basiliius lib. 8. cap. 16. n. 9. Sanchez lib. 8.*
disp. 1. n. 71. Garcia 8. p. de benefice, cap. 3. n. 16. vbi variis deci-
 sionibus probat.

8 Ex quo fit, si impetres receptum ad primam benefi-
 cium vacaturum, siue curatum sit, siue simplex, iuxta textum in
 cap. *si eo tempore*, de *receptis*, in 6. racio defectu legitimae aetatis
 ad curatum cum tamen ad simplex sufficeret: valet receptum
 respectu beneficii simplicis; esto cum dolo, & malitia processerit,
 sic *Basiliius*, & *Sanchez supra* quia sunt gratiae separatae, ne-
 que vna ab alia pendet diuersimodo tamen valebit si cum dolo
 vel oblique dolo processeris, nam si abique dolo processeris, va-
 lebit tibi gratia ad beneficium simplex, etiam si contingat pri-
 mo vacare beneficium curatum. Nam licet de iuris rigore gra-
 tia illa debet verificari in beneficio primo vacante, iuxta cap.
mandari de praebendis, in 6. at quia incapax per ignorantiam il-
 lias es, quadam aequitate, & benigna interpretatione videtur
 extendenda gratia ad beneficium simplex primo vacans, cuius
 capax existis. argum. textus in cap. 2. de *renunt.* in 6. Quod si ex
 dolo processeris, & beneficium primo vacans fuit curatum, non
 poteris simplex expectare, sed omnino tibi gratia cessabit; quia
 non est equum tunc iniquitati, & peruersitati fauere, & ita nota-
 uit *Basiliius lib. 8. cap. 16. fine.*

9 Fit secundò si impetres dispensationem voti, & consan-
 guinitatis ad matrimonium contrahendum falsò allegata cau-

sa circa votum, esto vera circa impedimentum consanguini-
 tatis; totum receptum vitabitur si dolo processeris: secus si ex
 ignorantia, quia tunc vtriusque impedimenti dispensationes in-
 ter se connectantur, & ad eundem finem tendunt: secus, versò,
 si pro diuersis votis esset dispensatio pro voto inquam, castite-
 tis, & peregrinationis quia sunt cauae separatae, & per acci-
 dens in vno recepto vniuntur, sic *Sanchez lib. 8. disp. 2. n. 172.*

10 Sed inquires, an in illo casu in quo pars dolo carens vi-
 tiatur, ex dolo in alia parte commissio vitetur ipso iure tam in
 receptis iustitiae, quam gratiae, vel solum ope exceptionis aut
 per sententiam.

Respondeo neque in receptis iustitiae, neque gratiae vitia à
 ipso iure, sed quovisque vitium commissum declaratur. Ratio
 legitima est quia haec annullatio est poena, vt constat ex illis
 verbis textus in cap. *super litteris*, ibi in sua peruersitatis poena
 nullum ex illis commodum consequantur. Sed poena, & praecipue
 quae iuri communi derogat indiget, vt contrahatur, sententia
 saltem declaratoria criminis. Ergo, Neque obstat si dicas tex-
 tum cap. *super litteris* dicere, nullum ex illis litteris commo-
 dum consequantur & cap. *sedes*, eodem vis de *receptis*, impetra-
 torem penitus, carere debere impetratis: quae dictiones videntur
 omnem utilitatem excludere, quam cerè non videntur ex-
 cludere, si ipso iure valida sunt litterae. Non, inquam, obstat
 quia iuxta subiectam materiam debet intelligi carere scilicet
 penitus effecta, & nullum commodum ex illis obtineri, post-
 quam crimen oppositum est, & declaratum. sic docet *Sanchez*
lib. 8. disp. 2. n. 76. & 77.

11 De interpretatione dispensationis & illius cessatione la-
 te egi, cum de privilegio interpretatione, & illius cessatione ser-
 monem habui, neque occurrit aliquid speciale notandum. Sem-
 per tamen praer oculis est habendum aliud esse dispensationem
 aliud facultatem dispensandi. Item aliam esse dispensationem
 insertam in iure communi aliam extrinsecus commune. De his
 omnibus, an late, vel strictè interpretanda sint, & quando,
 & quomodo cessent, loco allegato pro tenuitate nostra dis-
 seruimus.



DE
 ASTRONOMIA
 GALILEO
 TOM.
 III
 EN